



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput centesimum vigesimum quartum. Jesus conspuitur & caeditur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

nobis à natura insitum doloris & mortis horrorem vere eum sensisse, ideoque in que-
relas more humano erupisse; sic tamen ut compresso & devicto humanæ imbecilli-
tatis sensu, paternis imperiis prono animo obsequeretur. Caterum duplex est Israël:
Rom. 9. 6, 7. *Non enim omnes, qui ex Israël sunt, ii sunt Israëlita; inquit Paulus, neque qui semen*
Rom. 2. 28, 29. *sunt Abrahæ, omnes filii. Non enim qui in manifesto, Judæus est; sed qui in abscondito,*
Judæus est. Ergo Christus in Psalmo Deum appellat *Laudem Israël*, ut pote qui lau-
daretur à piis & sanctis Israëlitis, cum à nefariis & scelestis Israëlitis torqueretur.
Math. 28. 18. Neque vero à Deo spretus ac despectus est Jesus, qui *datam sibi omnem potestatem in cælo*
& in terra redivivus gloriatur. Et sane postulatis ejus annuit Deus; nam & vitam
illi restituit, quam nec retinere Jesus voluerat; & hominibus criminum veniam beni-
gne indulgit, cujus impetrandæ gratia mortem Jesus obierat. Falsum denique est, ne-
que Judæos neque Ismaëlitas Christo nomen dedisse, cum ex utroque grege com-
plures ad Christi castra transferint: non enim prædicit Propheta singulos quosque ex
omni hominum genere, sed aliquos Christi doctrinam susceperunt.

CAPUT CXXIV.

Jesus conspuitur & cæditur.

PSALM. 34. 15. *Et adversum me latati*
sunt, & convenerunt: congregata sunt super
me flagella, & ignoravi.

Psal. 68. 27. *Quoniam quem tu percuf-*
fisti, persecuti sunt, & super dolorem vulne-
rum meorum addiderunt.

Sap. 2. 18, 19. *Si enim est verus Filius*
Dei, suscipiet eum, & liberabit eum de ma-
nibus contrariorum. Contumelia & tormento
interrogemus eum, ut sciamus reverentiam
ejus, & probemus patientiam illius.

Isa. 50. 6. *Corpus meum dedi percutientibus,*
& genas meas vellentibus; faciem meam non
averti ab increpantibus & conspuentibus in me.

Isa. 53. 3, & seq. *Despectum & novissimum*
virorum, virum dolorum, & scientem infir-
mitatem: & quasi absconditus vultus ejus &
despectus, unde nec reputavimus eum. Vere
languores nostros ipse tulit, & dolores nostros
ipse portavit, & nos putavimus eum quasi le-
prosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse
autem vulneratus est propter iniquitates no-
stras; attritus est propter scelera nostra. Disci-
plina pacis nostræ super eum, & livore ejus
sanati sumus.

Thren. 3. 30. *Dabit percutienti se maxil-*
lam; saturabitur opprobriis.

MATTH. 20. 18, 19. *Ecce ascendimus*
Hierosolyman, & Filius hominis tradetur
Principibus Sacerdotum, & Scribes; & con-
demnabunt eum morte: & tradent eum Geni-
bus; ad illudendum, & flagellandum, & cru-
cifigendum. Et Marc. 10. 33, 34. Luc. 18.
31, 32.

Matth. 26. 67, 68. *Tunc expuerunt in fa-*
ciem ejus, & colaphis eum ceciderunt, alii
autem palmas in faciem ejus dederunt, dicen-
tes, Prophetiza nobis, Christe, quis est qui
te percussit? Et Marc. 14. 65. Luc. 22. 63, 64.

Matth. 27. 26. *Tunc dimisit illis Barab-*
bam; Jesum autem flagellatum tradidit eis, ut
crucifigeretur. Et Marc. 15. 15.

Matth. 27. 30. *Et expuentes in eum, ac-*
ceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus.
Et Marc. 15. 19.

Joh. 18. 22. *Hæc autem cum dixisset, unus*
assistens ministrorum dedit alapam Jesu, di-
cens, Sic respondes Pontifici?

Joh. 19. 1, & seq. *Tunc ergo apprehendit*
Pilatus Jesum, & flagellavit. Et milites ple-
tentes coronam de spinis, imposuerunt capiti
ejus, & veste purpurea circumdederunt eum. Et
veniebant ad eum, & dicebant, Ave rex Ju-
deorum; & dabant ei alapas.

CAPUT CXXV.

Jesus venditur: cujus venditionis pretio ager figlinus emitur.
Judæ proditoris interitus.

PSALM. 68. 25, & seq. *Effunde super eos*
iram tuam, & furor ira tua comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deserta, & in taberna-
culis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam
quem tu percussisti, persecuti sunt, & super
dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Psal. 108. 4, & seq. *Pro eo ut me di-*

MATTH. 26. 14. *Tunc abiit unus de*
Duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes, ad
Principes Sacerdotum, & ait illis, Quid
vultis mihi dare, & ego cum vobis tradam?
At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et
Marc. 14. 10, & seq. Luc. 22. 3, & seq.
Matth. 27. 3, & seq. *Tunc videns Judas*